Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.

Wien, 1800 Seite 1599

Quelle:
Copyright:

Ut in Exemplo *Vol.* I. P. III. *col.* 3090. relato. 4) Iconiſmus cherubicus ſexalatus ad Librum *Alani de Inſulis de ſex Alis Cherubim*, ni fallor, delineatus, et Virtutum Officiis inſcriptus.

DCLXXX.

U. 193 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 106. 4. per duas columnas nitide ſcriptus, rubro diſtinctus, et olim datus *pro libraria collegij Ducalis* a *M. Paulo Troppawer de Wienna*, quem a. 1429. Facult. Philoſ. Decanum invenio, continet: I. ut in calce notatur, *Summam Viciorum* IX. Partium, quarum prima *de bijs que valent ad deteſtacionem vicij in communi*, poſtrema *de peccato lingue*, intermediae de VII. Peccatis agunt, quae vulgo *Capitalia* dicuntur. Praemiſſo Indice chartaceo, qui ſerius acceſſit, initium eſt: *Dicturi igitur de ſingulis viciis cum oportunitas ſe offerret, vel quia locus ſe offert* &c. Autor non memoratur; eſt vero *Guil. Peraldus* O. P. qui circa an. 1250. vivere deſiit, et praeter noſtram etiam *Virtutum Summam* dedit, ut pluribus habes T. I. *Scriptt. Ord. Praed.* p. 131. Utramque jam *Vol.* I. indicavimus. Praeſens Exemplar collatum cum eleganti Edit. *Antverp.* 1571. 8. aliquanto imperfectius inventum eſt. Habet ad calcem Caput aliquod *de gaudiis celorum* hoc initio: *Vltimo celorum gaudia ſub epylogo numeremus, non quidem ſingula generum ſed genera ſingulorum* &c. quod quo pertineat, ignoro, non ſane huc. Continet 11. Verſus:

Mens cognoſcendo dotatur amando ferendo.
Eſt ſubtile ſcitum (citum) *clarum corpus paciens nil* &c.

II. *fol.* 101. *Incipit tractatus Magiſtri Alani de Sex alis cherubyn.* Ita: *Prima ala eſt confeſſio. Confeſſio duplex eſt. confeſſio laudis. Vnde dicitur. confitemini domino* &c. Abeſt igitur Figura Cherub et ejus expoſitio, quas videre et legere poſſis in Editione *Viſchiana* Operum *Alani ab Inſulis* Ord. Ciſt. Sec. XII. Scriptoris *Flandri*, *Antverpiae.* 1654. p. 173. f. Opuſculum vero ipſum habetur etiam inter Dubia *Bonaventurae*, cui a quibusdam olim tributum fuerat, Edit. *Lugd.* 1668. T. VII. p. 643. Adi *Biblioth. Ciſt. Viſchii* p. 12.

III. *fol.* 103. p. 2. ab eadem manu occurrunt: *De Paſſione Domini* cento e Patribus, *De Natiuitate Domini*, *de VII. Verbis beate Virginis*, *de Confeſſione*, et *de Cena Domini Homiletica* &c.

DCLXXXI.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3160 XV. Folior. 141. 4. probe ſcriptus, rubricis diſtinctus, et hac

Nota